

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXXII. Delinquentium vel vitiorum neminem nominatim perstringat, vel ita
describat, ut quilibet intelligere possit, quis notetur.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

forte prohibentem, ne palam crimen castigetur, tunc grex errans non reducetur & peribit immonitus frater, pro quo Christus est mortuus, ut rectè docet B. D. Dannbauerus locis citatis. Quapropter si fidelis Dei servus ex officio publice pro ratione circumstantiarum Magistratū moneat, si Principum luxum, heluationes, duritiem, tyrannidem, crudelitatem & similia peccata taxet, si scapham scapham dicat, & aliquando verbis utatur asperioribus, dum in refractarios & profanos judicia Dei denunciat, non debet haberi condemptor Potestatum & in Principes injurius. Eleganter docet Brentius in Luc. cap. III. Homil. 30. Tom. V. Oper. pag. 684. Principes venerandos, ut Deos, arguendos, ut peccatores esse. Interim tamen, si quid à Superioribus peccatum est, id tutius & facilius admonitio secreta & prudens, obtestatio & obsecratio, quam vehemens & publica increpatio corrigit. Nec Pastorum dissimulare debet vitia Minister Verbi, si certa sint, si graviora & in vulgus nota, ne videatur suo Ordini parcere, sed nec ultra, quàm necesse est, exponat, quia multum de auditorum edificatione deterit infamia Præfolum.

LXXII.

Delinquentium vel vitiorum.

neminem nominatim perstringat, vel
ita describat, ut quilibet intelligere pos-
sit, quis notetur.

Ε'ζηγος.

Frantes quidem in doctrinā pro concione
cum nominis expressione refutari posse,
peccantes verò in moribus nominatim per-
stringere, aut ita coloribus suis depingere, ut
quilibet digito quasi notare ipsos possit, fas nō
esse, docet *B. Balduinus Cas. Conscient. Lib. IV.*
cap. VII. Cas. 3. & de Institut. Ministr. Verbi cap.
IV. in fine. Illudq; ut scandalosum prohibitum
est in Constitut. Ecclesiast. Elect. Saxon. artic.
general. III. § 7. p. 299. D. Polycarpus Lyserus
Harmon. Evangel. c. XCII. p. 1006. Verbi Mini-
stri inquit, in primis autem illi, qui ferventiores
sunt ingenii saepe numero hāc in parte peccant; Si
quis auditorum apud ipsos de peccato deferatur,
protenus in suggestū convolant, & nulla praesente pri-
vatā admonitione licet delinquentē non nominent, sic
tamē verbis depingunt, ut ab omnibus digitis monstra-
ri & dici possit, hic est. S. Paulus ne incesti quidem no-
mē nos scire voluit, Dominus verò nec pessimi prod-
itoris nomen prodere sustinuit, quia correctum male-
bat, quam perditum. Hinc B. Gerhardus in Eadem
Harm. Evangel. cap. CLXXII. pag. 131. ait; Uti Christus
oculum Iudae peccatum non statim in publicū produ-

ci, seu primum generaliter & indeterminate illud arguitur ita quod, occulti peccatores non sunt cum nominis expressione publicè arguendi. Ego neminem nominari, inquit Ambrosius Epist. 82. conscientia sua unum quodlibet conveniet. Caveat itaque Concionator, ne quengquam delinquentium pro Concione nominatum, aut veluti intento in eum digito perstringat, aut sigillatim noceat, fugillet ac pungat. Ejusmodi enim notatione publicà magis exasperantur tales, quam emendantur. Velandum potius vel circumscribendum in publicis correctionibus objectum corripendum, ne scandalum in Ecclesià præbeat, nec nominatum perstringendum aut vivis coloribus depingendum, nisi post frustra adhibitos gradus præcedentiū admonitionum, ut supra diximus. Carol. Regius Lib. IX. de Orator. Christiano cap. p. 445. de prudentia & modo in arguendis peccatis quos inquit; Magna cura est adhibenda, ut ita vitia arguantur, ut nemo prodatur, nec generatim quod de verbis, ut si quis diceret, scio hunc aliquem esse iniquum, vel non sine causa hoc dico, scio cui loquor, vel quid simile, talis mordacitas longe abesse debet à verbo Veri. Neg, tamen sic agendum est, tanquam si de vitiis aliis quàm Platonici, omnino ab usu remotis, sermo esset; sed ita attingendi sunt peculiare actus peccatorum, ut qui est in tali vitio, sentiat, sibi cor transfigi, & quasi concionatorem divinare suam conscientiam. Quidam arbitrantur non conducere, ut invehatur publicè in vitia Consulum, Prætorum &c. in loco, ubi non est, nisi unus Consul, unus Prætor, cum solus ille cum scandalo populi videatur norari Sed ita ille semper impune peccaret, nec unquam in viam revocaretur.